IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pnuntiat. quia funiculus uel possessio
filiorum IVDA. maior erat. quia timor
uel amor. reliquas uirtutes sua magnitu
dine superant. Idcirco filii SYMEON. in
medio hereditatis eorum possident. quia
qui tristicie que secdm deum est student.
inter timoris et AMORIS terminos se
continent. SEQVITVR.

CECIDIT QVOQ; SORS TERCIA
filiorum Zabulon p cognationes suas. et factus
est terminus possessionis eorum usq; sarith.
ascenditq; de mari et madela. et peruenit
in debbaseth. usq; ad torrentem qui est
contra ieccennam. et reuertitur de sarith.
contra orientem in fines ceseleth. thabor.
et egreditur ad dabereth. ascenditq; con
tra iafie. et inde ptransit ad orientalem
plagam gethefer. et thagasin. et egredit
in remmon. amthar. et noa. et circuit
aquilonem et nathon. suntq; egressus
eius uallis nepthahel. et capthec. et nealal.
et semron. et geddula. et bethlehem. ci
uitates duodecim. et uille earum. Hec
est hereditas tribus filiorum Zabulon. p cog
nationes suas. urbes et uiculi earum.

ZABVLON HABITACVLVM
fortitudinis dicitur. quod tunc con
struitur. cum homo uocationem diuinam
sequens. p salubrem tristiciam temptatio
nibus carnis repugnare nititur. Sors ter
cia filiorum Zabulon cadit. cum homo post
conuersionem et tristiciam salubrem. con
tinentie ppositum fortiter arripit. P
suas cog nationes. que sunt ieiuniorum.
uigiliarum. silentii. uel flagellorum.
castigationes. Terminus possessionis eorum
usq; sarith extenditur. quod reliquie
dicitur. quia p uoluntariam castiga
tionem carnis. reliquie salutis conser
uantur. Ascenditq; de mari et made
la. ac peruenit in debbaseth. usq; ad tor
rentem qui est contra ieccennam. De
mari et madela ascenditur. que ma
nus maledictio dicitur. cum de temp
tationis commotione exitur. que
p mare exprimitur. p quam manus
illa maledicitur. que in paradyso le
talis pomi tactu polluitur. In debba
seth peruenitur. que cliuus dicitur. p
quam angusta semita regni celestis
exprimitur. de qua saluator in euglio
loquitur. Contendite intrare p an
gustam portam. Debbaseth. usq; ad
torrentem tenditur. qui contra ieccen
nam expanditur. quia angusta semi
ta inceditur. quo usq; ad mortalitatis
decursum ptingatur. qui p torren
tem figuratur. De quo torrente psal
mista dicit. De torrente in uia bibet.
Torrens contra ieccennam expanditur.
que possessio populi dicitur. p quam
celestis regni hereditas exprimitur.
ad quam p decursum mortalitatis
ptingitur. Et reuertitur de sarith. con
tra orientem. in fines ceseleth. thabor.
et egreditur ad dabereth. ascenditq;
contra iafie. et inde ptransit ad ori
entalem plagam gethefer. et thagasin
Terminus de sarith. contra orientem
reuertitur. cum p castigationem uo
luntariam que p sarith exprimitur.
cognitio dei et sui homini expandit.
que p orientem intelligitur. In fines
ceseleth peruenitur. que stulti signum